

mallens fidem suam servare quam cum ceteris infidelibus perseverare, relinquens locum nativitatis suaे, veniens ad nos et, dum in nostro esset obsequio, venit ad villam, cuius est vocabulum Vulvisangar, quam tum temporis Franci et Saxones inhabitare videbantur, cupiens ibi cum eis manere, sed minime potuit. Tunc pergens ad locum, qui dicitur Vualdisbecchi inter Viseraha et Fuldaha, propriis sibi partem quandam de silva, quae vocatur Bocchonia, quam moriens dereliquit filio suo Bennit, qui ad nostram accedens clementiam postulavit celsitudini nostrae, ut nostrae auctoritatis praeceptum circa eum confirmare deberemus, quatenus ipse, quoad viveret, absque ullius preiudicio tenere et possidere quieto ordine deberet, post mortem vero suam ad Fuldense monasterium, quod construxit sanctus Bonifacius, transiret. Cuius petitionem denegare noluimus, sed ita concessisse atque in omnibus confirmasse cognoscite. Precipientes ergo iubemus, ut nullus fidelium nostrorum, presentium scilicet et futurorum, prefatum Bennit vel heredes illius de hoc proprio, quod in lingua eorum dicitur bivane, expoliare aut inquietare ullo modo presumatis, sed liceat, sicut diximus, ei per hoc nostrum praeceptum ipsam terram, quantumcunque pater illius propriis et ei in hereditate demisit, tenere atque possidere, ut prescriptum est. Et ut hec auctoritas firmior habeatur vel per tempora melius conservetur, de anulo nostro subter sigillare iussimus\*). — Suavius ad vicem Ercanbaldi recognovi. — Data Kal. Decembr. anno XI. Christo propitio imperii nostri et XLIIII. regni in Francia atque XXXVII. in Italia. Actum Aquisgrani palatio regio in Dei nomine filiciter. Amen.

Zu diesen Zeugnissen über die ältere Generation des Billungischen Hauses und dessen Besitzungen kommen noch folgende. In den Fuldaer Traditionen wird als Bennith's

---

\*) In der Abschrift bei Brower heißt es statt dieses Schlusses: Hec ergo, que descripta sunt, banno et precepto nostro ad Fuldense monasterium pertinere comprobamus et confirmamus, hoc est quicquid inter Wiseram et Fuldam predictus comes Bennit habere visus est, duas leugas scilicet in longum et duas in latum et sex in circuitu.